

LEONIS BAPTISTAE ALBERTI

gendi q̄q̄ lineas, & angulos, quibus ædificij facies comprehendatur, atq̄ concludatur. Atqui est quidem lineamenti munus & officium, præscribere ædificijs, & partibus ædificiorum aptum locum, & certum numerum, dignumq̄ modũ, & gratum ordinem, ut iam tota ædificij forma, & figura ipsis in lineamentis conquiescat. Neq̄ habet lineamentum in se ut materiã sequatur, sed est huiusmodi, ut eadem plurimis in ædificijs esse lineamẽta sentiamus, ubi una, atq̄ eadem in illis spectetur forma. Hoc est, ubi eorum partes, & partium singulorum situs, atq̄ ordines inter se conveniant totis angulis, totisq̄ lineis. Et licebit integras formas præscribere animo, & mente, seclisa omni materiã. Quam rem allequemur adnotando, & præfiniendo angulos, & lineas certa directione, & connexione. Hæc cũ ita sint, erit ergo lineamentũ certa, constansq̄ præscriptio, concepta animo, facta lineis, & angulis, perfecta q̄q̄ animo & ingenio erudito. Quod si uelimus inuestigare quidnam ipsum ædificium, tota q̄ structura per se sit, fortassis faciet ad rẽ, si considerabimus quibus primordijs, quibusue progressibus inhabitandi sedes, quas ædificia nuncupãt, olim cœperint, atq̄ excreuerint. Qui, si recte opinor, de tota hac re sic statuisse possumus.

Liniamẽtum .

De occasione constituendarum ædium. Quot partibus
tota ædificandi ratio constet, quæq̄ cuiq̄ harum
partium conferant. Cap. II.

Condendorũ
ædificiorũ pri
mi ortus.

P Rincipio genus hominum in aliqua tuta regione sibi quæsiuisse quiescendi spacia, & illic inuenta area usui commoda & grata cõstituisse, atq̄ situm ipsum occupauisse, ut non eodem loco fieri domestica omnia, & priuata uoluerit, sed alibi accubari, alibi focum haberi, alibi alia ad usum collocari. Hinc adeo cepisse mediari ut tecta ponerent, quò essent à sole & imbribus opertri, idq̄ ut facerent, adiecisse deinde parietum latera, quibus tecta imponerentur. Sic enim à gelidis tempestatibus & pruinosis uentis se futuros tutiores intelligebãt. Demum parietibus aperuisse à solo in sublimi uias, & fenestras, quibus cum aditus, & congressus darentur, tum & lumina, & aurẽ aperitis temporibus exciperentur, & concepta fortassis intra lares aqua, uaporesq̄ expurgarentur. Ita quicumq̄ ille fuit seu Vesta dea Saturni filia, seu Euryalus, Hyperbiusq̄ fratres, seu Gellio, aut Thrafon, Cyclops ue Tiphunchius, qui ista principio insituerit, tandem sic pu